

DEDICATORIA.

sunt, illuc ducit. Hæc igitur & alia commoda quam plurima quib. vita nostra carere non potest, hortentur nos, ut non solum hanc artem colamus verum etiam donum Dei esse maximum agnoscamus, quod grato animo ab omnibus amplectendum est. ~~Gratam enim famam de se in artibus sparsit DEVS.~~ Hisce igitur utilitatibus, permoti summi artifices, multum laboris & operæ in extruendam Astronomiam collocarunt, & ut in plurimos annos stellarum motus retro & porro supputari possent, motuum canones nobis condiderunt, ex quibus facillima uia uera earum loca in zodiaco ad quodcumque tempus inueniuntur.

Desideratæ sunt hæc hactenus per annos quinquaginta à studiosis artium Mathematicarum **TABULAE ASTRONOMICAE RESOLVTAE**, IOHANNIS SCHONERI, quibus in Academijs præcipuè opus est, cum Theoricæ ut uocant motuum coelestium studiosis sunt explicandæ. His enim tabulis cognitæ discunt magnum ex Astronomico studio fructum capere possunt. Ex his enim tabulis omnium Siderum motus ad quoscumque annos tam præteritos quam futuros facillimè supputari possunt. Quò autem honoratus & prudens uir SAMUEL SELFISCH de communibus discipulorum studijs benè mereretur, & utilitatem publicam promoueret suis impensis illas, ne planè intercederent, denuo excudi & in publicum dari uoluit, ne uendosæ in publicum exirent, errata, quibus hæc tabulæ scatebant diligenter correxi, & quidem non sine magno labore Iudicium de hac qualicumque opera diligentia meæ quæ ad utilitatem discipulorum potissimum refertur candidè iudicaturis permitto.

Tibi

*Uly. Schuler, in
indubitanter, The
oriam planetarum*